



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 8. Vtrum ea quæ vxor incratur, sint in potestate viri, an vxoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

## D V B I V M VI.

*Vtrum coniuges teneantur simul cohabita-  
re, & se mutuo adiuuare in familia  
administra?*

125  
Tenentur.

**R**espondeo: Coniuges ad hoc teneri. Patet ex Cap. Litteras, de Restitutione spoliatorum, & Cap. 1. de Sponsalibus & matrimonij. Ratio petitur ex natura matrimonij, quod est vinculum indissolubilem vitæ societatem retinens: & etiam ex finibus matrimonij, qui sunt, proles, viatio fornicationis, & mutuum auxilium; qui fines sine cohabitatione obtineri nequeunt.

Et si sit  
in soluta.

Potes: An vir ob dotem nō solutam possit dif-  
fugere cohabitationem vxoris?

Respondeo: Couarruias 2. p. de Sponsalibus c. 7. adfert aliquos Iurisperitos, qui sentiunt posse. Sed hæc opinio non est probabilis: nam co-  
habitatio est Iuris natura & diuini. Dominus enim ait, vxorem non esse dimittendam nisi in causa fornicationis. Vnde propter dotem nou solutam, non potest rejici, sed debet compelli à iudece ut eam soluat.

## D V B I V M VII.

*Vtrum uxor teneatur sequi virum?*

126  
Casus, qui-  
bus non te-  
netur fe-  
qui.

**R**espondeo: Vxorem teneri sequi virum: vt patet Capitulo Unaquaque 13. qu. 2. Ratio est, quia est viro subdita. Excipiuntur tamen aliquot casus. Primus: Si vxori ex sequela esset periculum corporis, vel animæ. Secundus: Si vir factus sit vagabundus post matrimonium. Secundus vero si ante vagabundus erat, idque ipsa sciebat; tunc enim tenetur sequi. Tertius: Si pactum precessit de non mutando domicio, nisi forte superueniret vrgens necessitas. Vide Courr. 2. p. c. 7. in principio.

## D V B I V M VIII.

*Vtrum ea que uxor lucrat, sint in potestate  
viri, an uxoris?*

127

**R**atio dubitandi est, Quia Panormitanus in Cap. Litteras, de restitutione Spoliatorum, docet omnia quæ vxor lucrat, esse viri, eo quod ipse curam familia gerat, & vxor tenetur laborare pro familia. Tamen D. Thomas 22. qu. 32. ar. 8. & alij Theologi concedunt mulierem posse disponere de ijs quæ lucratur.

Respondeo cum Nauarro c. 17. num. 154. ea quæ vxor lucrat esse in potestate viri, nec ipsam posse de ijs liberè disponere, quando non dedit sufficiemt dotem ad se & liberos alendos: tunc enim tenetur laborare pro familia. Quando autem dedit sufficiemt dotem, non tenetur laborare, vnde potest disponere de ijs quæ lucratur.

## D V B I V M IX.

*Vtrum maritus posset uxorem verberare?*

128  
Vir non est  
dominus  
uxoris.

**R**espondeo Primò ex Panormitano in Cap. Cum contingat, De foro competenti, virum non habere potestatem ordinariam in vxorem, si-  
cut dominus habet in seruum, neque etiam pro-

priù sicut pater in filiam; vt patet Genes. 2. vbi  
vxor datur in sociam.

Respondeo Secundo: Iuxta Panormitanum in Cap. Quemadmodum, de Iureurando, posse illam verberare moderate in causa graui. Ratio est: quia est superior, & potest ei imperare; & ipsa in causa graui tenetur ei obedire, etiam sub peccato mortali, Genes. 2. Sub potestate viri eris. ergo potest eam conuenienter modo ad hoc cogere. Nam potestas imperandi non potest bene exerceri sine potestate cogendi. Videndum tamen est vt id discretè fiat, nec facile consulendum.

## D V B I V M X.

*De Prole.*

**H**oc loco dicendum foret de prole legitima & illegitima. Sed hac de re, quantum satis est Theologo, diximus in Tractatu de Irregularitate.

Dicendum etiam esset de iure & debito libero-  
rum erga parentes, & parentum erga liberos, tum quo ad educationem, tum quo ad hereditatem. Sed hoc pertinet ad materiam de Iustitia & Iure. Vide Couarruiam 2. par. cap. 8. Pleraque au-  
tem ad forum externum pertinent.

## C A P V T VII.

*De impedimentis Ma-  
trimonij.*

## D V B I V M I.

*Quoniamplia sint Matrimonij impedimenta?*

**R**espondeo: Duplia esse Matrimonij impe-  
diminta. Quædam dicuntur *Dirimentia*, non *Alia Dirimentia*, quod Matrimonium iam contractum possit diri-  
mi, sed quia illud irritum reddit si antecedat, *alia Impedimenta*, sic vt non possit validè contrahi. Alia dicuntur *Impedimenta*, quæ contractum quidem non irritu, sed illicitum reddit.

*Dirimentia* sunt duodecim, his versibus com-  
prehensa:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,  
Cultus disparitas, vis, Ordo, ligamen, honestas;  
Si sis affinis, si forte corde negubis.  
Hac iungenda vetant matrimonia, facta retractata.

Ratio huius numeri sic explicatur. Ad Matrimoniū duo requiruntur, scilicet legitimus consensus signis expressus, & legitimæ personæ con-  
trahentes. Ex parte consensus sunt tria impedi-  
menta: error persona, error conditionis, & vis illata. Ex parte contrahentium sumuntur reliquæ nouæ; quorum quædam reddit contrahentem absolu-  
te inhabilem, quædam tantummodo respectu certæ personæ. Quæ absolute inhabilem reddit, vel sunt naturalia, vt impotentia copula, quæ dici-  
tur frigiditas, vel maleficium: vel sunt voluntaria, vt votum solemne Religionis, Ordo sacer, & ligamen cum alio conuge. Quæ vero inhabilem reddit tantummodo respectu certæ personæ, sunt triplicia:  
scilicet, Certum quoddam crimen; nimia disiunctio, vt, per cultus disparitatem; & nimia coniunctio, nempe per cognationem affinitatis, & publicam beneficem.

Præter